

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 17: De oratione (11)

Idem (Bernardus):

Dum medium silentium teneret omnia,
ut scriptum est.

Nunc autem cum omnia tenet, surge serve dei,
et qui in omnibus adventibus media nocte venit sponso celesti,
cum omni reverentia et devotione obvium,
vade tunc securius et quietius omnem tuam necessitatem intimare poteris ei,
et ipse tibi copiosius suam presentiam indulgebit.
Verecundus est enim sponsus,
nec coram aliis suam presentiam indulget.

Unum e duobus indubitanter sperare debemus,
quia aut dabit nobis quod petimus,
aut quod utilius nobis esse noverit.

Dum medium silentium teneret omnia,
et nox in suo cursu medium iter perageret,
omnipotens sermo tuus, Domine,
a regalibus sedibus venit.

Philippus Cancellarius (?), Antiphon c2461,
(Cantiones Natalitiae, 5.1, G.M. Dreves,
*Cantiones et Muteti, Analecta hymnica
medii aevi* 20, Leipzig, 1895, p.39).

[fons nondum repertus]

Et unum e duobus indubitanter sperare debemus,
quoniam aut dabit nobis quod petimus,
aut quod nobis noverit esse utilius.

Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?),
*Meditationes piissimae de cognitione humanae
conditionis*, 6.16 (PL 184, col.495C).

Et unum e duobus indubitanter sperare possumus,
quoniam aut dabit quod petimus,
aut quod nobis novit esse utilius.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*,
5.5 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,
pp.3745, ll.25-26, 1).